

dentro da poi, et stefeno più di una hora per scri-ver letere secrete.

Di Salò, in questo zorno, vidi letere di 24.

Come, a hore 9 di note, il provedador havia auto le-tere di la Signoria nostra che si dovesse retenir il vechio di Gardon, qual fo di quelli have li ducati 300 tolti al todesco in tempo di trieva, e cussi esso pro-veditor scrisse in campo fusse retenuto *etiam* do-mino Cesaro Avogaro et domino Marco Antonio Lo-redan fo provedador a Salò ne ha auto parte; si ve-derà farli dar.

75 *Sier Franciscus Orio et sier Marinus Mauroceno
advocatores communis.*

1512, die 26 Septembris, in Majori Consilio.

Ad notitiam advocatorum communis, fama pub-lica resonante, pervenit quod per cives et subditos nostros et alios forenses habitantes in hac urbe no-stra, introductum est a certo tempore citra cum pes-simo et pernicioso exemplo in futurum, quod ipsi, nulla habita ratione legum et ordinum Dominii no-stri, intenti ad privata et propria eorum commoda, ausi sunt sibi facere licitam non solum mercaturam concessam conduci per leges et ordines nostros, ve-rum etiam vetitam et dannatam legibus et ordini-bus nostris; mercari, contractare, sed et locis etiam alienis conduci facere, onerantes illas super galeis, navibus et navigiis non solum nostris verum etiam alienis, nulla etiam mercaturæ concessæ facta sati-sfactione vestigialium nostrorum, introitus et exitus, missetariæ, decimæ, aliorumque onerum publicorum, cum damno incredibili Dominii nostri, cum tanta con-trafactione legum et ordinum ipsorum, ruina mini-steriorum principalium lanificii et artis sericæ hujus civitatis, et consequenter cum jactura universali po-puli et miserabilium personarum ex ipsis exercitiis vitam ducentium, Dominii, navigationis et marinari-tiæ nostræ, et demum cum murmuratione et uni-versali scandalo aliorum civium et subditorum no-strorum ordines nostros observantium. Et propterea incumbit debito magistratui ipsorum advocatorum, tamque advocatorum boni publici, et quorum mu-neri demandata est observantia legum, tanto insup-portabili damno occurrere, ne delinquentes sub silen-tio transeant et alii per futura tempora se abstineant, ideo vadit pars, et sic, auctoritate hujus Consilii cap-tum sit: quod omnes illi nostri cives et subditi, et alii forenses habitatores huius nostræ civitatis et aliarum terrarum et locorum nostrorum tam terre-

strium, quam maritimarum, qui a die prima martii 1508 hactenus extraxerunt et conduci fecerunt de civitatibus, terris et locis nostris et etiam alienis, et tam per terras et loca nostra quam aliena, et tam terrestria, quam maritima mercantias cuuscumque generis concessas a legibus nostris conduci non in-gressas in hac civitate nostra Venetiarum non solu-tis datiiis, quam etiam non concessas sed prohibitas per leges nostras conduci, et illas oneraverunt, tam in nomine suo quam alieno, et tam participando in illis, quam non participando, aut taxando havere forensium, tam super galeis, navibus et aliis navigiis armatis et dexarmatis, tam nostris quam alienis, et tam pro locis nostris quam alienis a parte maris; et similiter illi cives et subditi nostri et alii habitato-res terrarum et locorum nostrorum, qui ex omni-bus locis a parte maris tam nostris quam alienis extra culphum positos, a dicto tempore citra, tam in nomine suo, quam alieno, et tam de ratione sua quam de ratione forensium conduxerunt, tam cum 75
galeis, navibus et aliis navigiis, tam nostris quam alienis, sericum, species, lanas, pannos, gotonos, sta-gnum, havere subtile, aut alias mercantias cuuscum-que generis et qualitatibus intra culphum nostrum alio quam Venetiis; et similiter illi nostri cives et sub-diti ed alii habitatores, ut supra, qui elevaverunt et extraxerunt ex aliquo loco, tam nostro quam alieno intra culphum mercantias aliquas, illas con-ducendo alio quam Venetiis, quæ non possent con-duci et onerari per leges et ordines nostros, tenean-tur et debeant omnes et singuli prædicti, videlicet, qui erunt in hac civitate nostra in termino mensis, absentes vero existentes in terris et locis nostris a parte terræ in termino XL dierum, a parte vero maris a culpho citra in termino sex mensium, a culpho vero ultra in termino octo mensium, venire seu mittere ad sese manifestandum advocatoribus communis cum omni veritatem totum id, quod ipsi ex locis prædictis, tam nostris quam alienis, de re-bus concessis, tam a parte terræ quam maris, et tam cum navigiis nostris quam forensibus, sicuti su-perius particulariter est declaratum, declarando spe-cifice qualitatem et quantitatem rei extractæ sine aliqua diminutione, et etiam tempore et per quæ navigia. Quo casu, sint, intelligantur, et esse debeant ex decreto hujus Consilii obligati solum ad solven-dum datium, et duplum datium, ac decimas et alia onera civitatis mercaturæ extractæ, seu conductæ (ut supra), cuius dupli datii unum tertium sit datia-riorum, et alia duo tertia sint arsenatus nostri, et ad alias poenas in quibus incurrissent, non teneantur. Eo